diagrammatum typos pleroſque omnes qui perierant, de novo apparavi, ut hac ratione opuſculum, diſcentibus precipua ſcientiarum Mathematicarum initia utiliſsimum, in plurium manus perveniret. Celſitudinem autem veſtram ſubieſtiſsimis precibus oro, ut hanc προσφώνησιν & meos hoſce graves labores publici commodi gratia ſuſceptos, & non ſine iactura rei meæ familiaris exantlatos, clementiſsimo vultu accipiat. Pro quibus meritis, ut DEVS, *cælorum & ſiderum conditor, & motor ſapientiſsimus, qui ipſis præceptaposuit, quæ non præteribunt, Celſitudini veſtræ, & toti ipſius poſteritati plurimum benedicat, toto pectore precor. VVittebergæ ipſo die S. Marci, qui in 25. Aprilis. Celſitudinis veſtræ natalem, incidit, quem ut ſæpius redeuntem ſalva & incolumis Celſitudo veſtra*